Poëtae latini recentiores. 1515

Sabellici (M. Antonii): De rerum et artium inventoribus poëma.

Crac. Hier. Vietor. 1521.

3244

M. ANTO=NII SABELLICI DE rerum & artium inuentoribus poema, ad M. D. Hieronymū Bassum, festiuissimū.

MAGNIFICO, AC EXIMIO IVRIS PONTIFICII DO-
ctori, D. Iacobo Erdziessow, Ecclesiæ cathedralis, Craccoui
ensis canonico, męcenati suo, Christophorus Stratander
Steynensis, se commendatum reddit.

TAntus apud priscos illos industrię, & solercię admiratores, doctor eximie, artium, & rerum, inuentoribus, honos habitus est, vt prudentissimorũ regum liberalitate, illis pręmia prępo sita fuerint, vitam enim hominum, illarum inuentione, cum plurimum iuuari, excoliq; animaduerterent, ut fęlicibus ingenijs, calcaria adderent, subinde noua cõminiscendi, munificentia sua, sibi illa excitanda putauerunt, quorũ beneficio factum puto, vt homines agresti vita derelicta ex semiferis cultissimi fie; ent. Qua propter meo iudicio nõ immerito Virgilius illis in Elisijs campis inuẽtas vitam qui excoluere per artes, locũ vbi perpetuis delicijs fruerentur assignauit. Hi ne ignori, nocte vrgerentur Antonij Sabellici beneficio factum est qui carmine heroico, licet breui, at docto & luculento inuentores artium complexus est. Illud quo Academię nostrę alumni talium virorũ industriam secuti si non nouas artes excogitarent, attamen excogitatas ardentius amarent, & discerent Calcographo exscribendũ traditurus, tui nominis splendore, legentibus commendatũ iri, volui, vt ita virentem hederam, merci nostrę, pręponerem. Magis tamen animi tui candor, & in studiosos amor me mouit, q uiderem, neminem vnq̃, modica litterarũ cognitione celebrem, tuę humanitatis fauore, & ope, caruisse. Immo oẽs, vt sub Aiacis clipeo Achiuos, sub tuę magnificentię alis, protectione, liberalita[illegible], litterarũ sacris candidatos, delituisse. Sed de his, vt sine strepitu, bene mereris, ita de tua in illos liberalitate, verba fieri, non admodum ęquo animo pateris nec epistolaris angustia, tuę munificentię panegyrim sustinet. Itaq; hoc exilis carminis donario me tibi commendo, dedo, ac dedico. Valeat magnificentia tua doctor eximie. Et Christophorum in numerum suorum recipiat. Ex contubernio Germanorũ quinto nonas Decembris Anno ab orbe redempto
M. D. XXI.

Marci Sabellici Carmen.

M.ANTONII SABELLICI DE RERVM et artium inuentoribus poema ad M.D. Hiero nymum Bassum foro Iuliensis prouinciæ quæstorem incipit.

INter grata soles studij commertia nostri
Priscorũ laudare frequẽs monumẽta uiro/
Auctores ipsos rerũ miratus et usus (rum
Et quas quisq; olim meditãdo ꝓdidit artes.
Hæc eadem quia sæpe iubes studioq; requiris
Ordear hinc Venetæ decus & noua phama iuuentæ
Ludere pauca(breui quis enim queat omnia uersu)
Basse tibi, at q̄uis maiora negocia tentas
Huc animum conuerte præcor, dispendia fient
Nulla reor, tenuem non auersatus honorem
Huc ades, & mecum hunc lector sortire laborem.
Sed iam tempus adest trepide dare uela carinæ
Imus, & immensum iuuat hoc temptare profundum.
Emptio prima datur, datur auctio prima Lyeo.
Ille triumphales etiam traducere pompas
Instituit, diadema dedit gestare tyrannis.
At q̄uis uictum nondum dodona negaret.
Ipsa dedit frumenta Ceres, & frangere saxo.
Pinsendiq; rudem prima est commenta laborem,
Hæc eadem leges præfixit gentibus, at qui
Te Radamante uelint auctorem muneris adsunt.
Phœnices primi(phamæ si credimus)ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris,
Ipsa suum contra decus hoc menphitica tellus

Causa poe/matis.
Breuitate ipsa lect. allicit.

Pr̃ia emptio & venditio.
Triumphus diadem.

Frumenta
Pistoria ars.

Primę leges

Inuentio literarum.

Lator littera rũ in gręciã. Latores littera⁊ in Latiũ

Sublatamq; acri repetit certamine palmam
Cadmus agenorides patrio propulsus ab orbe
Intulit Hemonijs cœlestia munera terris,
Octonas totidemq; dedit uix ille figuras.
Inde alias Grai sensim inuenere recentes.
Hinc porro Ausonijs decus hoc tribuisse colonis
Se ueteres iactant mutata sede Pelasgi.

Prima domus.

Palladijs(fama est)primum sibi finxit Athenis
Eurialos cum fratre domum, namq; orbe recenti
Speluncas coluistis aui uilesq; latebras,
Tunc primum fragili consurgere limina testa
Obstupuit mortale genus, proh tristis abusus,
Quam paruo contenta fuit natura, sed ecce
Quãuis Spartano consurgant atria saxo,
Sublimesq; ornet postes titana Carystos,
Illita calleco radient ni cuncta metallo,
Credimus esse nihil, spernitq; hæc luxus & odit

Prima arx.

Aeriamq; bifrons Cecrops hic condidit arcem.
Te Phoronæ canunt alij testantibus Argis,

Tegula. Marculus Incus. Forceps. Vectis

Primum Agriopide Paphijs est uisa colonis
Tegula ficta manu, sic prodidit alta uetustas,
Marculus atq; recens incus & forcipis usus
Huic uectis debere etiam tutela fatetur.

Puteus. lapidicina

At puteos Pharijs Danaus deuectus ab oris
Argiua defodit humo, conscindere saxa
Rupibus & certam proscissis addere formam
Ogigyas Cadmus docuit sua mœnia Tebas.

Turris. Muri.

Archiphrasus q̃uis Tyrius sibi debita dona
Esse uelit, turresq; Trason & mœnia circum
Oppida constituit, contra sua præmia dicunt

Phœnices soliti ingenio sibi poscere palmam
Argento tenues telas subtexere & auro
Niliacæ docuere manus, sed uellera primo Lana tincta.
Perdita mollicies infœcit Lydia fuco. Fusa
Lanificos fusos Clestor dedit unus aracne Linum retia
Dignus matre satus, linumq; & retia mater Fullonia ars.
Prodidit, at Nitias statuit fullonibus artem
Megara quem genuit fatalis regia Nysi.
Bœotio sutrina datur, medicina Canopo. Sutrina
Ast Arubus quem Phœbe tibi Babylona creasse Medicina
Phama refert, medicæ fertur dator artis & auctor.
Repperit Hemoniæ Chiron uetus incola terræ
Herbarum medicas uires & nomina primus. Herbaria ars.
Temperat ipse Scythes subitis fornacibus æra.
Lydius humanos olim conflauit in usus. Aeraria fabrica.
Cudere Phryx docuit, delas exausta metalla Conflatio
Inq; nouos usus telluris uertere uenam. æris.
Hanc Calybes quidam, quidam Ciclopas in artem
Mortales traxisse ferunt, tu Dactylæ ferrum Ferrum
Primus in Idæis monstrasti gentibus antris.
Cephicus argenti uenas, aut Atticus imis Argentum
Fodit Erictonius terris. tu Cadme, sed aurum Aurum
Insinuas colles pangeaq; saxa recludens.
At uetus oceano genitum fert fabula solem,
Muneris auctorem quidam facere Thoantem.
Midacritoq; dedit Cassiteris insula plumbum, Plumbum.
Ciclopes media positis iucundibus Aethna Fabrica ferrea.
Humanum docuere genus sibi cudere ferrum ars figuli.
Cecropius figulis sanxit præcepta Chorebus, Ascia
Ascia Dædaliæ glutenq; & serra Mineruæ Gluten Serra.

Perpendicľm Terebrum.	Et perpendiculum, & obliqui prima terebri
Fornix	Commoda debentur, conuexi fornicis usus
Clauis.	Clauis & arguti torni, tenuisq; libellæ
Tornus	Commentum Samij si credimus est Theodori
Mensuræ.	Sunt Palamedis opus mensuræ & pondera, Phidos
Pondera	Creditur Argiuus gemini uetus auctor honoris.
Ignis e silice	At tua magne cilix soboles noua semina flammæ
	Excussit Pyrodes saxis, excussit & ignem
Ignis e fe-	Prima Prometheæ ferulis ars inclyta dextræ.
rula.	Bisq; duas statuere rotas sub curribus ipsi
Vehiculum.	Gens operosa Phryges, calidi proponere mercem
Mercatura	Et uectare procul, monstrant mercalia Pœni.
	Cœpta Eumolphe coli est primum tibi uitis & arbor
Vitis cultus & arboris	Cecropio generate solo, domuitq; Sitheni
	Ipsa merum soboles admotis Staphilus undis,
Aqua vino misceri	Fertur Aristæus uicino natus hymeto
Oleum	Orchades & radios rudibus præssisse trapetis.
Mel.	Idem mella fauis primus discussit, aratro
Bos & ara- trum.	Ante alios bigis docuit submittere tauros.
	Triptolemum pars magna canit, pars maxima Brigē
	Muneris auctorem tanti, phariosq; Canopo
	Ciuilis res prima fuit sed subdita regi.
Regia ciui- tas.	At populare decus ciuilia iura sacrumq;
Popularis.	Attica gens olim fertur commenta Senatum,
Primus ty- rannus.	Thesea mortales primum uidere tyrannum.
	Postquem fama refert Phalarim trepidasse Sicanos
Seruuus iudicium capitis.	Proh scelus indignum uictor Spartanus adegit
	Humanum seruire genus. docuistis Athenæ
Primum	Vos uestrum damnare caput, noua prælia sæui
prælium.	In Pharias gentes gessere phalangibus Aphri.

Acritus & Prœtus dum tristia bella cierent
In se forte rudes clypeos statuere, sed adsunt
Dent Athamante sato qui inuenti præmia Chalco.
Loricam Midiæ inuentam putat alta uetustas
Quem Messana tulit, gladium, Spartanus et hastam
Commentus galeaq; ferox processit in hostem.
Ast ocreas primi gessere in prælia Chares.
Ipse Scythes curuos arcus teretesq; sagittas
Altitonante satus, decus hoc tibi maxime Perses
Perseos insignis proles nunc uendicat error
Velitis ignotam Tyrrhenus protulit hastam
Pilaq; non priscis ingrata quiritibus arma.
Vulnificam uisa est primum succincta securim
Pentesilea furens, Piseus uenabula, & ipsum
Scorpion, Idæis debet catapulta colonis,
Martius amentum iaculumq; Aetholus in hostem
Confixit, balista Syrum phœnica recensq;
Phama canit, sed tu meditatus prælia Piseu
Das Tyrrhene tubam, testudo Anthemona laudat
Arctius hostiles illabens machina muros.
Sigei fabricator equi generosus Epeus.
Creditur, en aries mutato nomine nunc est.
Inscius ante fuit Sonipes sessoris, adactus
Bellerophonta tulit, frenumq; induxit & ipsa
Strata Pelotronius domitor Martemq; ciere
Thessalus usus equo est primus, quem pura uetustas
Semiferum spectasse uirum sibi uisa uocauit
Centauron, bigasq; Phryges iunxere fugaces
Sanxit Erichtonius uolucres agitare quadrigas.
At belli signum uigiles & thessera magni

Clypeus
Lorica.
Gladius
Hasta.
Galea
Ocreę
Cristę
Arcus & sagittæ.
Hasta velitaris.
Pilum
Securis.
venabulum.
Scorpio
catapulta
Balista.
Funda.
Tuba.
Testudo.
Aries.
Vsus equi
Frenum.
Pugna equestris.
Bigę.
quadrigę
Tessera

Sunt Palamedis opus, statuit hæc pergama circum
Dux ille, Iliacis instat dum Græcia fatis
At decus inuentæ speculæ dat phama Sinoni
Significatio — Hic est ille dolis potuit qui euertere Troiam
specularis — Quam non mille rates decimus non uicerat annus
Non gemini Atridæ, Atridisq; infensus Achilles,
Dire Sinon cuius nunc impia facta nepotes
Oderunt, meritoq; omnis mox oderit ætas.
Inducię — Hostibus inducias suspenso Marte Licaon.
Fœdera. — Præstitit ante alios, Aegides fœdera primus
Auguria. Auguria ex — Percussit, primus phamæ si credimus augur
animalibus. — Præpetibus certo seruatis ordine pennis
Prædixit uentura Caras, animalia rursus
Induxere tibi augurium (ni fallimur) Orpheu
Ignibus Oiclides uisis uentura canebat
Ignispicium — Coniugis impulsus fatales uiscere Thebas
Proditione suæ proh tristia fata fuentem
Curribus & bigis hauserunt tartara uatem
Fatidicæ Manthus genitor scrutabile primus
Auspicium. — Prodidit auspicium, primus quoq; Delphus aruspex
Creditur, alceo genitum pertenderet anceps.
Interpratio — Ostentum quicquid quicquid noua somnia ferrent
somniorũ astrologorũ — Præcinuisse uolunt, at sydera maximus Atlas
Cœpit & ignotos astrorum pandere cursus.
Nunc uero Assiriis, Pharijs nunc ipsa prophetis
Sphęra. — Hoc dat phama decus, spæralis præmia formæ
Monaulon — Anaximandro referunt, millesia tellus
Gemina. Tibia. — Quem genuit, Maia cretus dedit ipse Monaulon
At satyrus gemina compegit Marsia buxum
Marsia quem uictum Phœbo fleuere Celenæ.

Aeolus ignotos flatus ſcrutatus & euros
Nunc etiam imperio Siculis hos urget in antris.
Lydorumq; rudes modulos. at fiſtula Panos
Creditur, obliquæ referuntur præmia buxi
Prima Midæ dorij moduli perſcribitur auctor
Thrax thamiras, Phrygios modulos tibi martia uulgꝰ
Iure refert, uates cytharam mortalibus Orpheus
Imputat, Amphion plectri ſibi uindicat uſum
Auctorem pars magna Linon creditq; canitq;
Tu Terpandre locas ſeptenas ordine chordas
Simonidiſq; octana fuit, ſtatuiſſe nouenam
Te Timothee uetus phama eſt ſine carmine plectrum
Geſtarat Thamiras, fidibus Linus addere cantum
Thrax dedit, Amphion primo decus hoc aracintho
Se contra meruiſſe refert, nec credere iniquum eſt
Cantus erat cytharæ, deerant ſed carmina, tandem
Hæc quoq; Terpandrum uidit tribuiſſe uetuſtas.
Tibia grata fuit, caruit quoq; tibia cantu.
Dardanus, ut phama eſt, Troezenius addere primum
Nouerat inflexas certo diſcrimine uoces.
At Iouis Idæi circum cunabula pulſis
Nunc clipeis dextra galeis nunc arte retuſis
Dictea Curetes humo duxere choreas.
Vidit Creta rudes Pyrrhum traducere motus,
Pyrrhica deinde fuit ſaltatio priſca uetuſti
Auctoris laudem referens & nomina Pyrrhi
Proh pudor & quiſnam cœleſtia pectora uatum
Eſſe putat primam, primiq; poematis ortum
Scire nefas, illud Troiani tempora belli
Præceſſiſſe uolunt, heroica carmina Phœbo

Ratio vento
rum.
Muſica
Lydij modu
li. Fiſtula.
Obliqua
tibia. Dorij
moduli.
Phrygij mo
duli.

vij. cordæ
viij. cordę
ix. cordę.

Cithara ſine
voce.
Cum cantu
Carmina ad
cithar. Can-
tus tibię.

Salratio ar-
mata.
Pirrhica

Poema.

Heroicum
carmen.

Delphica post cæsum cecinit Pythona iuuentus
[Elegia.] Hic quoq; si phas hic ortus elegia requirat.
Ipsa suos, Colophon petulans quem iactat alumnum
[Fabula.] Nescio, Spartano inuenti dat fabula palmam
[Prosa.] Archilocho, Cadmus soboles Milesia primus
[Ludi gimnici.] Prodidit historiam, sed mox ludicra Lycaon
Gymnica partenijs primus celebrauit in oris
[Funebres ludi.] Natus in Hemonia est funebris ludus Ioche
[Atletica.] Munus Achaste tuum, te Teseu laudat & Isthmos
Quod te dante nouas meruissent funera pompas.
Magnus olympiacam nullo monstrante palestram
[Pila lusoria.] Protulit Alcides, Pithi est pila lusibus apta.
[Pictura.] Picturam phario Giges commentus in orbe est,
Græcia sed Pyrrhum memorat tibi sanguine iunctum
Dædale Cecropiæ sublimis fama Mineruæ.
[Prima nauis] Niliaco primam Danaus de littore nauim
Soluit & Argiuas cursum deflexit ad oras.
[Prima ratis.] At ratis ut phama est debet fluuialis Erithræ,
Aut quum Troia feros infensaq; Mysia Thraces
Impeteret spectasse rates se docta uetustas
[Lōga nauis.] Testatur, longa Pontum sulcasse carina
Magnanimū Aesonidē pars maxima credidit, at sunt
[Biremis] Qui Samiram Parhalum ue putent, primosq; biremis
[Triremis] Vexit Erithreos, Amocles statuisse triremem
Fertur, & insolito uolitasse per æquora cursu.
Hinc alias alij numeroso remige puppes
Expediunt, sensim maior concreuit & ordo
Vt quinquageno quaterentur uerbere classes
[Oneraria nauis.] Structa ratis Tyrio est oneraria crassius Hippo.
[Lembus.] Primaq; conspexit lembum sitibunda Cyrene

Celocem Rhodus ipsa dedit, Phœnicibus undis Celox. Cimba.
Cimba recens (si prisca fides est uera) cucurrit.
Inclyta Cercyram deduxit in æquora Cypros. Cercyra nauis.
Phœnices primi phamæ si creditur, orsi
Obseruare polos, motusq; & sydera cœli. syderum ob seruatio.
Atq; iter & cursus medio signare profundo.
Est tua ni fallor remorum palmula Plateu Remus Vela nauis.
Icarus infelix qui se male credidit alis
Ante alios rudibus spaciosa per æquora uelis
Fecit iter. teretem primus tu Dædale malum, Malus.
Antennamq; paras ratibus, longasq; carinas Antenna teĉtę longę.
Se texisse Thasos iactat dilecta Lyeo.
Piseus at uolucri primus præfixit inermi
Rostra rati, debet Tyrrhenis ancora nautis. Rostra nauiũ. Ancora bidens.
Eupalmi fuit illa bidens, at cætera Tiphis
Insrumenta dedit, si uera est phama carinæ Naualis pugna.
Fluctibus in medijs ausus committere classes
Gnosius est Minos, obtruncat Hiperbius ipsum
Ante alios animal mactauit cæde iuuencum Cędes aĩal. Cędes bouis
Primus dira luens æternum furta Prometheus.
Tonsores tibi Roma nouos misere Sicani. Vsus tõdendi barbam.
Inq; diem docuit subeuntem tondere barbam
Cui deuicta suum quondam dedit Aphrica nomen.
Munere cursoris casum didicere quirites
Gens domitrix rerum metiri Solis & ortum.
At Nasica diem certas discreuit in horas.
Lucis erant nullæ partes, discrimina nulla, Horolegiũ.
Ante illum uix uesper erat disiunctus ab ortu
Sed quid multa sequar? complecti carmine si quis
Omnia priscorum certet monumenta uirorum

Et uafias artes rerumq; ab origine primos
In commune datos usus, hic audeat idem
Connumerare uices agitataq; sydera cœli.
Quod spirante noto Lybice turbentur arenæ,
Cecropioq; uagentur apes cum uernat himeto,
Sistimus ergo gradum placido considere portu
Me iuuet emeritam fundetq; hic ancora pupim.

FINIS.

Craccouiæ in officina Hieronymi Vietoris mense Decembri Anno domini M.D.XXI.